



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 57. Quidam articulus Facultatis Doctrinæ additus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. oratione, alii cæremoniis Deo satisfacere
 A. C. 1559. contendant.

Hæc propositio juxta Facultatis Doctores, est falsa, schismatica, & hæretica, a cultu divino retrahens.

VI. *Summa Evangelii est, Deum justum ex sola fide in Christum homines justificare.*

Hæc propositio est erronea, & hæretica.

VII. *Gloriari in propriis operibus, & in Dei voluntate opposita sunt, in bonitate & misericordia Dei est gloriandum, & non in operibus.*

Hæc propositio, inquit Facultas, in universum prolata quantum ad priorem partem est captiosa, & suspecta de hæresi. Postrema pars est falsa, & erronea.

VIII. *Ex expositione orationis Dominicæ: adveniat regnum tuum, non immerito regnum advenire dicimus, quia propriis meritis illud parare non possumus. Facultatis censura est sequens: Hæc propositio est captiosa, & valde suspecta de hæresi.*

§. LVII.

Quidam articulus Facultatis doctrinæ additus.

Argent. t. 1. Die sexta mensis Novembris Facultas
in append. in unum congregata circa sequen-
fol. XXI. & tia deliberabat negotia, ac primo qui-
1. 2. p. 281. dem Syndicus supplicavit, ut articuli
prædictæ facultatis, concernentes fidem
christia-

christianam edicto regio promulgati le-
gerentur, & omnes, ac singuli Magi-
stri & Baccalaurei subscriberent illis.
Hisce recitatis conclusum est, quod
inscriberentur prædicti articuli in tabu-
lis, & in eorum approbationem subscri-
berent omnes & singuli Magistri & Bac-
calaurei præsentis & futuri.

Præterea ex communi omnium de-
creto conclusum est, quod adjicerentur
alii articuli pro temporis conditione ne-
cessarii, quos inter præcipuus est se-
quens: „Credendum est, & certo te-
nendum ab omnibus fidelibus, quod
„in consecratione corporis, & sanguinis
„Christi fiat realis transsubstantiatio pa-
„nis materialis in verum corpus Christi,
„& vini in verum ejus sanguinem.„ De-
nique actum, quod Magistri, omnesque
Doctores afferrent libros de hæresi su-
spectos, aut hæreticos, si quos habe-
rent, ut catalogus librorum reproba-
torum rursus edatur: insuper prohibuit
facultas omnibus, & singulis Magistris,
ne quis ausu temerario Syngrapham su-
am nomine privato quibuscunque libris
visitandis apponat, sed eos afferat, &
tradat Facultati more solito.

§. LVIII.

Seichspei propositiones proscriptæ.

Z 4

Deni-

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.